



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. ij. De verecundia quam habebat confitendi peccata sua.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

*Secundum capitulum 2. passus. De verecundia quam habebat confitendi peccata sua.*

**S**ECUNDO incepti erubescere de peccatis meis, & erat tanta erubescencia, quòd præ verecundia non poteram plene confiteri peccata mea. Vnde & multotiens inconfessa communicaui, & cum peccatis corpus domini recepi. Vnde die & nocte reprehendebar à consciëntia mea: propter quod rogavi beatum Franciscum, vt concederet mihi inuenire confessorem idoneum, qui bene cognosceret peccata mea, & cui bene possem confiteri. Ipsa igitur nocte apparuit mihi senex: dixitque mihi. Soror si citius me rogasses, citius fecissem, quod rogasti: quod tamē petisti, factum est. Mane igitur dū irem ad sanctum Franciscum, inueni vnum fratrem prædicantem in sancto Feliciano, qui erat capel-



*Septimum ca. vij. 2. vij. 2. ix. pas. 21*  
lanus Christi, & habebat eius  
potestatem: & statim facto ser-  
mone deliberaui ei confiteri.  
Confessa igitur sum plenariè de  
peccatis meis, & absoluta. In hac  
autem confessione non sensi  
amorem: sed amaritudinem, ve-  
recundiam & dolorem.

*Tertium capitulum ij. passus. De sa-  
tisfactione & adimplatione pœniten-  
tia sibi iniuncta.*

**T**ERTIO perseuerabam cõse-  
quenter in satisfactione &  
pœnitentia mihi imposita: & ad-  
huc plena dolore eram sine alia  
consolatione.

*Quartum capitulum 4. passus. De con-  
sideratione quam habuit diuina mi-  
sericordia, in eo prasertim quod dis-  
xerat eam ad faciendam pœni-  
tentiam.*

**Q**VARTO incepti cõsiderare,  
& recognoscere diuinam  
misericordiam, quæ mihi con-  
cessit gratiam prædictam, & me  
extraxerat de inferno, & hîc in-  
cepi illuminari: & nunc plus